

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Sacrvm Misericordiæ Palativm**

Variis Sacræ-Scriptvræ Locis, Atqve Septem misericordiæ operibus quasi  
peristromatibus exornatum

**Gazaeus, Nicolaus**

**Augustae Trevirorum, 1618**

Dominus vult nos esse Misericordes ad Imitationem Patris: Estote  
Misericordes, sicut & Pater vester Misericors est. ca 11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54477](#)

ris in tenebras exteriores. Nihil itaque acceptum magis vobis porrigere poteram quam hanc Misericordiæ demonstrare ianuam, siquidem quilibet homo saluari cupit, quoslibet saluare desiderat Deus: *Vult 1.Tim.2.*  
*enim omnes homines saluos fieri.* Quamuis vera persæpe agnita semita, plerique eam declinant, subterfugiunt, omnem fælicitatem, beatitudinem vniuersam in temporalibus, in caducis mundanarum voluptatum delicijs constituëtes. Non hæc via vera, sed ea est quam vos doceo, quæ vobis præbeo, Misericordia est. Aliæ rationes quæ ad hoc opus me mouerunt sunt Christi commendacioniæ, sententiæ, quas in fauorem Misericordiæ varijs in locis protulit, de quibus aliquid in sequentibus.

DOMINVS VVLT NOS  
ESSE MISERICORDES AD  
IMITATIONEM PATRIS: Esto-  
te Misericordes sicut & Pater vester  
Misericors est.

## CAPVT XI.

Q Vemadmodū dux strenuus cum ini-  
D 3 mico

54 SACRVM MISERICOR.

mico commissur<sup>o</sup>, milites suos studio pugnæ anhelates incitat antiquorū & proauorum bene gesta comemorans; Ita dominus in inimicum concitaturus, nos vt fortiter dimicemus hortatur, & vt Charitatem prolorica suscipiamus admonet & præcatur, idque exemplo Patris ; *Estote ( inquiens ) Misericordes sicut Pater vester cœlestis Misericors est.* quasi diceret. Si olim immisericordes fuistis , nunc estote Misericordes, quod si forte olim Misericordes fueritis, vos hortor vt de die in diem eam augeatis, si non haec tenus , saltem deinceps, nam *Sicuto , si sat benè , Estote Misericordes , discite , bona vestra elargiri , sicut ego bona mea fideliter , dispensavi , in usum communem ea Iudei tribuens . Estote Misericordes sicut Pater vester , in imitatione nō in æquilitate , nulla siquidē creatura immō nec Angelica substantia æqualitatē Misericordiæ Dei attingere potest . Imitamini tamen Patrem ut quo propius ad perfectionē Misericordiæ peruereritis , eò magis diuinitatis sublimitatē attingatis . Nihil enim est quō homo Deo proximior efficiatur , q̄ si homo indigenti honorū suorum excrementa largiatur , nam homo , homini Deus . Et quidem maxima homini terræ vermiculo gloria est,*


est cui per Misericordia viscera, tantæ maiestatis propinquitas comodatur. Vnde Gregorius Nazianzenus rectè inquit: *Fac Orat. de paup. calamitoso sis Deus, Dei Misericordiam imi-* amore. *tando, nihil enim tam diuinum homo ha-* bet. Nec mirum nam quod homo maximū appetere posset, illud Creatoris approximatio superabit. Nā si iuxta D. Greg. Ni- cenum Misericordis appellatio Deum decet, <sup>Orat. 5. de beatitu.</sup> ad quid aliud hic sermo te hortatur, nisi ut De- us fias, tanquam insignitus & formatus pro- pria nota Deitatis?

*Eftote Misericordes sicut Pater uester, ac si dicat, Magistrum & Dominum me dici- tis, & benedicitis, sum etenim, Si igitur <sup>Ioan. 13.</sup> ita est; quemadmodum seruus insignia Dominorum præfert sic & vos, Patris ve- stri Misericordiam quæ Insigne gestamen est portare debetis. Filius gratiam Patris obtinere gestiens, studet quantum in se est Patris imitari virtutes; sic vos Patris mei filios adoptiuos, virtutē Patris, Misericordiam sibi connaturalem, decet imita- ri.* *Eftote Misericordes sicut Pater uester, non sicut plerique, qui quia pauperes ostia- tim mendicant obmurmurant, & his non Misericordiæ, sed crudelitatis nomen conuenit, siquidem rationes multæ sunt*

D 4 prop̄

56 SACRVM MISERICOR.

propter quas pauperes nullatenus impedi-  
endi sunt ne ostiatim victum petant, & has  
sequenti narratione videre licebit.



VTRVM LICEAT IM-  
PEDIRE PAUPERES OSTIA-  
TIM MENDICAN-

\* tes. \*

C A P V T XII.

**S**I quis olim pauperibus ostiatim victū  
quārentibus, tanquam insanus fortē  
verba dedit, rationes sequentes attendat,  
videatque num congruum non sit ut pau-  
peres victum quārant.

*Prima est* quia plerique reperiuntur qui  
licet voluntatem distribuendi Eleemosy-  
nas non habeant, tamen visis pauperum in-  
firmorum ulceribus, quod denegare sta-  
tuerant clementer largiuntur. *Obiecta e-*  
*nim mouent potentias.* Quem si pauperem  
non videris, quod paupertatis exemplar-  
menti obijcere poteris? Congruum est igi-  
tur ut mendicet.

*Secunda.* Tantæ virtutis & efficaciam est  
pau-